



1977

L

1027

Ea 98

Se. 5

00 9-

Thes. P. VII. ~~394~~ 608



77611027

M
syb 4

N X M

Sermo de confessione

**SACRAMENTALI AN CONFESSIO
PRORSVS HOMINI MORTALI AD.**

veræ beatitudinis vitam sit necessa, An
ne, quem nuper edidit frater Augus-
tinus Alueldianus ordinis mino-
rum lector sacrarum lit-
terarum.

**Prudens in flamnam mitto manum
Si corius es haud cadauera negliges**

iii. Regim .xvij.
Accedens autē Helias ad omnē populū israel ait, **Vigiles**
quo claudicatis in duas partes? Si dñs est deus sequimini
eum, Si autē Baal, sequimini illum, Et Augustinus dico,
Si Petrus & successor eius est Christi vicari⁹ estote o vos
gēs inclyta Almani sub eo & seruite Christo, Si autē wic-
kleff, Hus, Picardus, Cōrad schmidt, sunt vicari⁹ christi
in bohemia sequimini illos, quid vultis claudicare in due
as partes?

AVGVSTINVS LECTORI S.P.

¶ Illud vnū abs te magnopere peto cōtendoq; mi lector
fidei orthodoxe cultor optime, Hic sermo ne te offendat
sunt qui me oī arguūt inerti, simul & vigiliarū pro mor-
tuis negligentiae, Ac feriari quotidie achoro importu-
ne poposcerim, accusare me haud verentur, an probe, id
suis relinquō conscientijs, Memet ob id si possum ex hoc
grege nebulonū excutere nitar, ne velut improba musca
luauitatē vngēti perdā, Totis igitur neruis adlaborabo,
pestilenticā & picardorū & wickleffitarū & Hussitarum
adnitentiū sacramētalem ecclesię catholice & apostolicę
confessionē abripere, heresim, iam pridē damnatā, ser-
mone isto a fideliū cordibus eliminē, Si crimē mihi palā
ex re hac (vt nūc sunt mores) amici mei obiciant vt suis
me inorsibus laniāt coruinis, nihil pudentes, Nō eorum
obstrepam conatibus, aut deprecabor inuidiā, aut iuueni-
libus veniā dabo erratibus, ne ludatur opera, At tui inte-
ger catholicus quisquis es meū hunc legit sermonē, cū
& gustaueris veritatē, deo soli summo & optimo da glo-
riā, si qua offenderis errata (homo sum fateor errare pos-
sum) hec tuę cū benignitati, tū christianę pietati corrige-
da, vt fulgeant emendata, cōmitto, Vale.

scipit V. sīn hām illū luqoq; sūmō bāzilīkī fītūs amhōs A.
inīciūpsī ausb floānīd kārīsq; aub rī aibūbūl oup
oib aintflrgu A. T. nullū intūlūpēt, lād fūn R. māp
zov oso o bāzīpīv illīt O. flūzīs zofpāl sām T. B.
cītūs R. ollīd. Cōmūl B. oodl īsād. mībūl ī
fītūb jīsīpū mūl jibānībībīmō O. zubūp I. a. H. T. oib
sib rī cīsibūbūl eiblūv biup, zollī mīmūp lātōpōd nī
& aitīq; 25

IHSVH

psalm.31.

Eati quorū remisſe ſunt iniquitates, & quoꝝ
B tecta ſunt peccata, Beatus vir cui nō imputaſ
uit dñs peccatū nec ē in ſpiritu ei⁹ dolus, Quo
niā tacui in ueterauerūt oīa oſſa mea dū clamare tota die,
Quoniā die ac nocte grauata eſt ſup me manus tua cōuer
fus ſum in erūna mea dū cōfigit ſpina, Delictū meū cog
nitū tibi feci & iniuſticiā meā nō abscondi, Dixi confeſ
bor aduersum me iniuſticiā meā dñō & tu remiſiſti impie psal.137.
tatem peccati mei, Confeſtebor tibi dñe in toto corde meo
qm̄ audisti verba oris mei, Tametsi corporis Christi de
cus ex virgine tum puriſſima tum graciarū pleniflma &
cōcepti & nati iudeorū improba crudelitas ſputis verberi
bus flagris detur parit, & ipſum corpus ferali immanitas
te militū aſſuſ perforarit, haud tamē voluit maiestas ſua,
illa inquā diuina & ſupna, os quantūlibet minutū ipſi⁹ cō
fringi, Aut eius ſcindi integritatē Tunica ob id inconsu
tā (cetera licet uermēta diuiferint ſatellites) ſcindi nolu
it, vt synagogas quatuor fathanæ quatuor hiſce partib⁹
ex quibus errores heresefq; nō paucę pullulature, ſignifi
caret, certa ſibi in tunica incōſutili ſponfa vnicā mater ec
clesia catholica & apostolica cuius paſtor & rector Petr⁹
& ſuccellor eius christi vicari⁹, illibata maneret, Hec tu
nica inconsuta fides immaculata, incorrupta doctrina,
& ſeptem ſacramenta nō tam ſana qm̄ integerrima ſunt,
Hec inquā tunica fideliū christianorum ecclēſia Catholi
ca eſt, inconsuta ſub vna ſede apostolica perſeuerat, Hec
tunica incōſutilis filium dei & virginis ſola ueftit, ſola
habet, ſola amplectitur, quia in hac ſola manebit (iuxta
promiſſum) cunctis diebus ad finē ſeculi uſq; nobiscum,
Cetera uermēta, ſua & ſi ſunt, tamen ſciſſa, ob id h̄iſ 1 Corin 14
nūc amicitur nequaquā, non em̄ diſſentioñis ſed pacis ſed psalm.75
uinitatis deus, In pace enim factus eſt locus eius Habeat

Joan. 19.

Math. 27

psalm.21.

Math. 28

Aij

Si bī gens machometica per dēum īfana carnalīs & stulta vestimentorū vnā partem, Habeat græcanica synago-
ga quę hæretica est non tam superba qm̄ lucida & vesana
partē aliā vestiū christi, Et Ruthenorū plebs myscobiti-
ca īfusfa & misera sibi tertīā vestiū pte vendicet, Gloriet
īn sup Cōuēticulū, seu bohemorū qui scismatīci ac hæretici
sunt, spec⁹ de christi vestimētorū quarta pte, nil ad salutē
confert, Nobis aut qui sub Petri & pasta & regimine
degiimus tunica īconsuta & Christus in ea manet, Etsi
Caculæ diaboli nobis īfultent quia Romanistæ simus,
non est timori locus, Multo id salubrius, quam vocari
wickleffita, hussita, picardus, Accipe causam, Christi
munere Ac Petri paulic⁹ presentia, quēadmodū īsignita
sit Roma notum est, Ex aduerso quā decora gens bohe-
mica per wickleff, Huss, picardū, & Cōradt Schmidt &
Iacobellū, Hieronymū, Rokezanū, sit facta, nec id igno-
tū, Orabo tamē deū cuncti potente summū et maximū ut
īclita hec gēs bohemica q̄ vestimētorū quarta pte christi
gloriatur, ad tunicā īcōsultilē, christi ecclesiā catholicā
apostolicāq̄ reuerteſt, neglecta parte quarta, alioqui ſal⁹
ſibi nō eſt, preſagiat ei coru⁹ quicquid libet pro voluntate
Paulinā audiam⁹ tubam, firmū inquit fundamentum
dei stat habens signaculū hoc, cognouit domin⁹ qui ſunt
eius & diſcedit ab iniuitate om̄is qui inuocat nomē dñi,
In magna autē domo non ſolū ſunt vasa aurea & argen-
tea, ſed & lignea & fictilia & quedā quidē in honorem q̄d
dam autē in contumeliā, Hic dei misericordia & ſeueritas
cōmendat, Extra ouile Christi oues luporum morib⁹
patent, Et licet ignorantia aliquos, nullū tamen certa ſcie-
tia excuſet, Ouile christi Petro ſoli cōmiſſum eſt & qui pe-
tro ſuccedit, & ſi wickleff, huss, picardus / Cōradus sch-
midt, ouile aliud fixere, id hedorum eſt non christi ouiū,
Sola igitur Christi tunica īcōſuta que eſt fideliū ecclesia
quā filius dei & virginis ſoli Petro et qui ei ſuccedit paſcē

z Z̄him. z

dam & regendā tradidit, habet fidem illibatam & septē sacramenta incorrupta, & tertium hijs duobus amminiculās scilicet sacrā canonīcā scripturam, Hanc fidem Ar- hereti. cōtra fidem.
rius tollere voluit Christum creaturā non patri cōsubstā-
cialē fingens, Manicheus asinus alto corrept⁹ somno chri-
stū nō h̄e hūanū mortale corp⁹ blatterauit, Sabellius pso-
nā Christi fedauit, Appollinaris in christo animā rōnalē
negauit, Paul⁹ Alexandrin⁹ vnā christi volūtātē posuit,
Pelagius gratiā abstulit, Nestorius christo duas psonas
tribuit, Eutices duas in Cristo naſas in vnā cōfudit, Sed
horreda spurcīa & mōstra defecere, haud tamē gñis hūa-
ni hostis defecit quin hoīes et mēte & sciētia corruptos nō
iā in fidē, sed cōtra septē sacramēta terribiliter cōcītāit ut
septiformē illā gratiā vel tolleret vel corrūperet, et si in sy-
nagogā malignantiū prēualuerit, oues tamen christi sub
petro & eius successore corrumperē non potuit, Sunt he- hereti. cōtra septē sacramēta
retici qui solum tria asserunt esse sacramēta, baptismum,
eucharistiā, penitentiā, Reliqua sint ad inuentiōnē hūane sacramēta
dicūt, Sed de penitētia pessime cogitant, stultissime dog-
matisant & hedos nō oues peditissime vt pyratę crudeles
in phlegethonta secū abducūt, Cum igitur sint hoīes cor-
rupti & carnales vt licentius libidini ac more pecudū vo-
luptati inseruiant, negant confessionē sacramentalē, ne
aut eorū malignitas & diabolicū cōmentū apprehendaē,
foco vtunē isto, De penitētia inquiunt christ⁹ in euāgelio
nō de cōfessione locut⁹ est ob id papa Romanus hanc sta-
tuit vt carnificinā, & ille iure diuino non est, quin potius
a longo tēpore iam vicariatus seu summū pōtificiū desīt,
neminē ad cōfessionē sacramentalē, veri⁹, carnificinā, chri-
stifideliū obligare, debuit atq; nec potuit Et hec vna cau-
sa cur sacri doctores nostro euō negant & nil acceptetur
nisi e litteris sacris scateat, Huius nō tam insanissime quā
stultissime hæresis auctores fuerunt & græci hæretici, &
Picardus cum collega suo Cōrado schmidt, & Ioanne s-

A ij

wickleff cū discipulo suo Ioanne Hus, viri oēs isti iniqui plusquāq; pessimi nolentes subesse, verū, sub libertatis ve lamine carni & libidini obsequi, Polirector de⁹ ne nostro euo idipsum iniquitatis virus poculo aureo, quod est, dulcibus verbis terfisc⁹ voculis, populo christiano in myſia, Saxonia, thuringia, a pseudo doctoribus porrigat, auerat, Ob id ego hūc sermonē vnica propositione stringā,

PROPOSITIO

CONFESSIO HOMINI CVLIBET QVI DE

um mortaliter offenderit, cuiusuis sit vel status vel Sexus si ad eternæ beatitudinis vitā ingredi cupit semper fuit, est, eritq; necessa, Quāuis confessiōis signū sicut non semper verum, ita nec fuit, est, eritq; semper necesse.

Hec ppositio vt pia, vt christiana, vt catholica & omib⁹ picardis, wickleffitis, hussitis pessimis p deum hereticis exosa sit, duo dicā, eius declarationē, et infallibilē veritatē

DECLARATIO

Nunc propositionis istius declarationē tribus expendā, Quidnā confessio? Quis mortalis peccator? Quod etiam cōfessionis signū? Hac triplici cathena ppositio ligata ē,

Questi. 1. QVID cōfessionē in ppositione illa appellē demireris ho

Respōsio. mo christiane? Pandam illud arrige aures, Confessio est penitētia reconsilians peccatorem deo, Hanc confessionē vult deus a peccatore vt penitēs reatū suū agnoscat recō-

Ezech. 33 silieturq; ipē deo, Vnuo ego dicit dñs deus nolo mortē peccatoris, alias, impij, sed vt conuertatur impius a via sua & viuat, Impietas em̄ impij non nocebit ei in quacūq; die cōuersus fuerit ab impietate sua, Hanc cōfessionē deus ab

Genesis 3 Adā & eua post trāsgressionē prēcepti poposcit, ab adā, vbi es? Ab eua, Quare hoc fecisti? Confessione hac ca-

Genesis 4 ruit Cayn a dño incusatus, vbi est abel frater tuus? Quid

Judicūz. fecisti? ob id interfīt, Populus israel inclamat⁹ ab angelo de pacti diuini ruptione hanc cōfessionē flens habuit ideo

pacē inuenit, Noluit Saul a Samuele correptus confiteri 1 Regis 15.
reprobus factus, Nathan a dñō missus arguit David cri
minis adulterij at ille confessionē amplectēs ait, peccavi,
Cui ppheta, dñs trāstulit peccatū tuū, Nō morieris, Et 2 Re. 12.
ob id pfusius in hanc surgit cōfessionē, Miserere mei inqt Psalm. 50
deus secundū magnā misericordiā tuā, Et secundū multis
tudinē miserationū tuaꝝ dele iniqtatē meā, Tibi soli pec
caui et malū corā te feci, Hieroboā ad dñō p pphetā corre
ptus hāc cōfessionē vt impi⁹ horruit, perīt ob id, Nonne 3 Regū 13
manasses rex pphan⁹ postquā deum peccatis suis absq; 4 Re. 21.
nūero irritauit p cōfessionē hāc san⁹ et salu⁹ factus est? Ad
hanc confessionē pientissim⁹ deus noster saluator Christ⁹
suū vocauit scelestū traditorē, blande, Amice ad quid ve
nistī, Terrifice o iuda osculofiliū homis tradis, sed pdit⁹ 5 Math. 26
cofiteri noluit, eternas luit penas, Hec inquā confessio ab
exordio transgressionis Ade & euē vsc̄ in nouissimū ho
minē nasciturū in om̄i statu, lege, gēte seu natōe, ac sexu,
peccatori fuit, est, eritq; necessaria, Alioq; haud saluabit,
QV IS mortalis peccator est cui necessaria cōfessio hec? Ne
cautibus ceu saxis abruptis periculose abducari, Discer
nam oportet, Mortaliū genus Aliter vixit ante christi ad
uentū, aliter postea quā venit, ante Christi aduentū du
plex modus viuēdi hominū, PRimus naturę humanę in
ditus a deo, vt viuerēt homines secundū voluntatē quere
gebatur recte rationis lumine, Et vocatur nō indocte, lex
nature seu lex naturalis, Hāc legē narrat christus, Oia in
qt quecūq; vultis vt faciāt vobis hoīes & vos facite illis,
Et thobias ait, Quod ab alio oderis fieri tibi vide ne tu a
liqñ alteri facias, Hec est em̄ lex & pphete, De hac lege lo
quit paulus, Cū gētes que legē nō habēt, nātaliter ea que 6 Roma. 2.
legis sunt faciūt, eiusmodi legē non habentes, īpī sibi sunt
lex qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis, Et
huic mō viuēdi addidit liberalissim⁹ pater misericordiarꝝ^x
de⁹ donū suū gratuitū videlicet, fidē, Sine fide em̄ impos 7 Hebre. 11.

Questio 2
Responso.

Mathēi 7

Zthobie 4

Roma. 2.

Hebre. 11.

Job 4z.

Sibile est placere deo, Credere siquidē oportet accedentē ad deū, quia est, & inquirentibus se remunerator sit, Nūc dico, is peccator mortalis in lege hac fuit, qui contra hāc legem vixit & fecit nec in deum credidit, sicuti amici Job quos ob id arguit deus & in recōsiliacionē duxit dicēs, Ite ad seruū meū Job & offerte holocaustū p vobis, Job aut̄ seruus meus orabit pro vobis, faciē eius suscipiam vt nō vobis imputeſt stulticia, Necp eñ locuti estis corā me reſtū sicut seruus me⁹ Job, Quia musce dānauerat Job nec recte in deū crediderunt, ¶ Alter modus viuendi fuit lex Mosaica que neminem obligabat nisi iudeum & qui se ad iudaismū contulit, Hic dico, is mortalis peccator in hac lege fuit, qui deliberatus contra eam audacter peccauit, despiciens decalogi precepta, ¶ Post aduentū christi ad legē euangelicā obligatur, omnis homo, que lex amoris & grē est, Cuius summa hec, Diliges dominū deū tuū ex

Math. 22

Deutro. 6

Leviti. 19.

Marci 12:

Roma. 13

Amor dei

tripharie

probat.

toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, Hoc est inquit christus, maximū & primū mandatū, Secundū simile est huic, Diligēs proximū tuū sicut teipsum, In hijs duob⁹ mādatis vniuersa lex pēdet & pphete, Hī duo a mores decē preceptis declarātur, Amor dei pbatur si de um pie, fideliter, amice, colit sup om̄ia, Si ab om̄i irreuerē tia diuina se cohibet, Si sancte viuit in die sabbato qui est dies dominica, Qui hijs cōtrariū viuit animo deliberato & maliciose, is peccator mortalis est, Amor pximi sep mi septiuia tē alijs preceptis cōprobatur, Quomō enim duplicitate p̄batur quā, Primo excita amorē vt om̄ibus prosis, Honora pa trē & matrē, non hos solū qui te ad nature vitam protule runt, Verū om̄es etiā qui tibi & gratiae, & fidei & scientie & mor̄ discipline & augēde virtutis, & nutriēdi corporis aut fomentū aut occasiōne prestiterūt, refundes, Secūdo excita amorē in proximū ne vlli obsis corde, ore, opere, Opere noces pximo si occidis, si furaris, si mecharis, Ore nocumētū infers si falsum testimoniū cōtra eū pfers, Cor

de obes p̄ximo et tibi maxime, Si cōcupiscis rem cui sub
stantiā proximi inordinate in damnū sui, Si ancillam, Si
seruū, si vxorē inordinate appetis iura amoris soluis nec
diligis proximū velut te ipsum, Si inquam cōcupiscis fe-
minam sit virgo, sit vidua, sit soluta, sit maritata, inordi-
nate, hoc est, non in matrimonij honestatem, magis au-
tem in vagam libidinē ut ea in carnis voluptatē abutaris
is actus nephandus preter naturā preter dei institutiones
est, ob id & famę proprię, & pudicicię femineę, & diuino
honorū, reiq̄ publice derogat, nocet & proli si sequitur
quia spurca & degener, Ex hijs si ea expenderis p̄spicere
potes quis mortalis sit peccator in lege euāgelica, Dicere
aut̄ vt quidā, auctoritate sine, duo p̄cepta vltima nō sint
ab alijs discreta, error est picardorū pessimorū cum sit cō-
tra euangeliū Christi Mathei. v. capite,

QVOD confessionis signū reris sit: Dubio procul illud,
q̄ mortalis peccator se manifestat, quia recōfiliari vult
deo quē offendit, Est autē signum istud aut figurale aut
sacramentale, Signum figurale in veteri testamento ali-
quādo fuit falsum in hijs qui fingebant se velle reconſilia-
ri deo sed cor eorū longe erat ab eo, vt in Pharaone habes Ex. 8. 29.
qui nō semel castigatus flagellis nūc ait peccauī, nūc obe-
diturū se promittit deo, sed ficte omnia, Sic Saul peccauī 1. Reg. 15.
inquit, sed ficte, Sic Hieroboā, obstupuit, orare p̄ se petit 3 Reg. 13.
manet tamē obſtinat⁹, Sic crudelissimus Anthiochus, sic z. Ma. 9.
Iudas schariotis peccauī inquiēs sed ficte ideo fruſtra, Ali Math. 27
qñ verū fuit signū in hijs qui vere deo se reconſiliari volu-
erunt, Ostēditur illud in fletu populi ab angelo correpti, Judi. 2
Dauid in verbo peccauī increpatus a Nathan propheta, z Be. 12
Achab in cinere & cilicio, dure per Heliam incusatus, Et 3 Be. 21.
quia tota lex Mosaica ferme figuralis fuit si credim⁹ Pau. 1 Corinio
lo, Ob id multipharie deus signa cōfessiōis nūc voce nūc
hostijs in lege veteri disreuit, Que figurarēt signū cōfes-
siōis nouę euangelicę legis, Alia eīm hostia p̄ peccato la- Levi. 42

Quest. 3.
Respon.

B

cerdotis, principis, multitudinis, vni^o hois, p ignorantiā
Leviti. 5. cōmissio, Alia hostia p peccato ex passione patrato, Alia
Leviti. 6. offerebat p peccato ex certa malicia, discernebat sacer-
Leviti. 13. dos itē de lepra corpor̄, vestimētor̄, domo^r, septē dies
et 14. b^o vbi apertissime discernunt̄ diuersa crimina, ¶ Signū
sacramentale cōfessionis, id est, recōsiliationis in lege euā-
gelica, Est vocalis accusatio peccatoris corā iudice suo,
Et illud signū pari mō aut est verū, aut est falsum, verū,
in hijs qui vere & contrito corde deo volunt reconsiliari,
falsum, in hijs qui ficte se accusant, cor aut̄ eorū est nolle
a peccatis vel desistere, vel nō resumere illa, Dicimus em̄
ob id, Sacerdos peccatorē absoluit clave nō errante, Nō
quia clavis errat cū adeo sit quasi errare sit decipere seu fal-
lere, Sed errare dicit̄ q̄a ianuā cui aperiat nō inuenit, Ois
em̄ qui ficte se corā deo accusat ante sacerdotē signū qui-
dē ostendit, cōfessionē nō habet quia reconsiliari deo non
vult, igit̄ nec sibi claves aperiunt,

VERITAS

infallibilis.

Penitentia sacramentalis euangelicæ legis debuit h̄re sicut
1 Cor:in. 10 & habuit figuras suas & precursem Ioannē baptistam,
quēadmodū & baptismus, Baptisma aut̄ christi figuram
habuit nubē in deserto & mare rubrū & petram aquas vo-
Johan. 1. mentem vt Paulus ait, Et Ioannes baptista vt precurser
baptisabat solū in aqua corpora abluens peccata nō di-
mittēs vt ip̄met testat, Nō min^o, penitētia sacramentalis
ch̄ri cū suo signo figurabat multipharie vt ante hec dixi,
Math. 3. Et Ioannes precurser dñi predicabat dicēs penitētiā agi-
Mvrci. 1. te appropinquabit em̄ regnū celor̄ & exibat ad eū Hiero-
solyma & ois iudea & om̄is regio circa Iordanē, & bap-
tisabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua, Non
quia Ioānes p̄ctā remittebat in cōfessiōe illa, sed ch̄ro cor-
da hoīm p̄parabat vt eo magis ad christi penitētiā qua-
fit culpe deletio & peccatoris in dei grām recōsiliatio, in-

flāmaretur plebs credentiū, ¶ Penitentia sacramentalis euangelice legis nil aliud est, nisi volūtas recōfiliari se deo, Aut clarius, Penitentia est reconciliatio peccatoris cum deo quē offendit, Hāc penitētiā christus p̄dicauit dices **Math. 3.** penitētiā agite, hoc est, reconciliamini vos deo, Ait em̄ in loco alio, vnā sententiā iterato ponēs, Nisi inquit penitētiā habueritis simul oēs peribitis, Et ne ambigas, quia de reconciliatiōe pectōris loquāt, sese exponit christ⁹, Nō ve- **Luce 19:**
ni iustos vocare ad penitētiā sed pectōres inquit, ¶ Et penitētia hec, vnū habet signū, qd' ē, cōfessio, Sine cōfessiōe, penitētia nūq̄m̄ potuit poteſt poteritq; esse vera, Est aut̄, cōfessio, accusatio peccatoris, cū em̄ peccator cognoscit culpā et reatū suū accusat se, Ob id pñia semp annexū ha-
bet signū hoc qd' ē, cōfessio seu accusatio, in oī lege, in cū-
cta natiōe, in qlibet statu et sexu, igit̄ pectōri mortali semp
necessa cōfessio, Hec aut̄ cōfessio seu accusatio aliquā fit cor
de solo, Aliqñ ore tñ, Aliquādo corde pariter & ore, Et
hac discretiōe iudicat penitētia, vel vera, vel ficta seu falsa,
Sacra vero canonica scriptura hāc discretionē pulcherri-
me psequit̄ multis in locis, e quib⁹ pauca texā, ¶ De con-
fessiōe oris tñ q̄si signū sit penitētię sed fictū et falsum, Ait **Exodi 9:**
Pharao Mōsē peccauit etiā nunc, Et Saul ad Samuelē pec- **Regū 15**
caui, Sed nūc honora me coram senioribus populi mei &
corā israel, Et Iudas proditor penitētia duc̄t ait peccauit **Math. 27**
& tamē laqueo se suspēdit & crepuit medius effundens vi-
scera iniqua, Eo modo Simon ille magus emere volens
spūssancti gratiā, a Petro correptus ait, Precamini vos **Actuū 8.**
pro me ad dñm vt nihil veniat super me horum quæ dix-
istis, De hac confessione apud sapientem habes, Est qui
nequiter se inquit hūiliat cui⁹ interiora plena sunt dolo. **Eccle. 19:**
¶ De confessione cordis tñ & signū penitētie verum est,
Manasses coangustatus in carceris ergastulo accusauit se
peccasse enormiter coram Deo & remissionem meruit,
dixit item christus paralitico a turba sibi oblato Confide
z. Para 33

B 5

fili remittunt tibi peccata tua, ecce cordis cōfessionē vt pe
nitētie signū postulat, et mulier fluxū paciēs sanguis cor
Luce. 8. de cōfessa sanitatē et corporis et anie adepta ē, Sic feia decē
Luce. 13. Octo ānis incuruata a demōe, corde cōfessa, a ch̄ro sanata
Luce. 7. ē et mēte et corpe, Peccatrix nōne ista famosa apud Lucā
ch̄ri pedes lacrimis lauās, capillis tergēs, amār̄ deosculās
Joan 8. peccator̄ remissionē obtinuit nō ore sed corde cōfessa? Ad
ultra etiā a phariseis ch̄ro adducta lapidib⁹ obruēda nō
ne cōfessa et si nō orecorde tñ, nō solū liberata e phariseor̄
manib⁹, verū, suoꝝ suscepit facinoꝝ turpium remissionē
e diaboli faucibus eruta, Petrus postqm negauit Christū
Luce. 23. fleuit amare confessus corde nō ore quia respexit eū dūs,
Hui⁹ cōfessiōis cordis q̄ signū verꝝ est penitētię meminit
psalm. 50 Dauid, Sacrificiū deo spūs cōtribulat⁹ cor cōtritū ethūli
Nūeri. 5. atū deus nō despities, ¶ De cōfessiōe oris & cordis simul
vberrime scriptura loquiſ sacra, lex mosaica habet vir vel
mulier cū fecerit ex oībus peccatis que solent hoībus acci
dere et p negligētiā trāsgressi fuerint mādatū dñi atq̄ deli
q̄rint cōfitebunt peccatū suū, Et alibi, et steterūt & cōfite
banū peccata sua et iniuitates patrū suoꝝ, audi sapientē
Prover. 28 Qui abscondit inquit scelera sua nō dirigetur qui autē con
fessus fuerit et reliq̄rit ea misericordiā cōsequet, Et istud,
Eccle. 4. non cōfundaris cōfiteri peccata tua, & ne subitas te om̄i
Eccle. 17. homini p̄ peccato, et idē, Nō demoreris in errore impio
rū aī mortē cōfitere, A mortuo quasi nihil perit cōfessio,
Cōfiteberis viuēs, viu⁹ et san⁹ cōfiteberis & laudabis de
Actuū 19. um & gloriaberis in miseratiōibus illius, Et acta apostoli
ca narrāt multi credētiū veniebant cōfítetes et annūciātes
act⁹ suos, Et quod illud intelligat de cōfessiōe ex effectu se
quēti elicit, Nā ex hoc plurimi cōbusserunt libros curiosę
& stultę doctrine, Ait etiā Ioannes, Si dixerimus quoniā
peccatū nō habem⁹ ip̄i nos seducimus et veritas in nobis
nō est, Si cōfiteamur peccata nřa, fidelis est et iustus vt re
mittat nobis pctā nřa & emundet nos ab om̄i iniuitate,

Cernis nunc quia penitētia vera nunq̄m esse potuit, potest, poteritq; cōfessione absq; quia inseparabile sibi signū est Alioqui homo posset agere penitētiā et se reū non cognoscere seu accusare, id autē impossibile, quia non recōliliatur deo peccator nisi hūiliter accuset & cognoscat peccatū suū, Siquidē ppheta ait, Quoniā iniquitatē meā ego **psal. 50.** cognosco & peccatū meū cōtra me est semp, Tibi soli peccaui & malū corā te feci, idcirco, miserere mei deus secundū magnā misericordiā tuā Et secundū multitudinē miserationū tuaꝝ dele iniquitatē meam, Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me, **Hic for-**
Dubium.
sitān studiosus mouet pie dicens, Confessio signū est penitentię nec ab ea separabile, secernitur ne ob id confessio oris a confessione cordis? Vere discernitur fateor & inter: **Dilutio.**
est, eo modo quo vox a verbo, verbum est intra viscera nostra noticiā veritatis exprimēs cōceptā & partā, Vox aut hūana vehiculū verbi istius est, que ore formatur aērem p̄strepens in cognitionē dicit hominū, verbū istud quod mihi erat cognitū, ceteris occultū, Est igitur confessio cordis vera accusatio seu cognitio displicens delicti siue peccati, exprimēs seu signans penitentiā verā, Sed cōfessio oris est vox istius signi puta confessionis cordis, Et quēadmodū vox aliquando falsa & ficta est cū nullum sit verbū in corde cui⁹ sit vox, parimodo, Cōfessio oris signū falsum ē, si accusatio seu detestatio peccati in corde vera nō est, ex cōsentaneo penitētia etiā falsa est & nulla, Ob id ait scriptura, Penitemini & credite euāgelio, Et alibi, **Marci. 1.** penitemini & cōuertimini ut deleanſ peccata v̄ra, Et Sa **Actuū. 3.** lomon, Si peccauerit popul⁹ (nō eīm ē homo qui nō pec- **Eccle. 8.** cet) & egerint penitētia in corde suo, dicētes, peccauim⁹, **3. Reg. 8.** inique egim⁹, impie gessim⁹, et reuersi fuerint ad te in uniuerso corde suo & tota anima sua, ppiciaberis deus populo tuo qui peccauit tibi & om̄ib⁹ iniquitatib⁹ eorū quib⁹ p̄ua ricati sunt in te, Promittit hoc de⁹ ore ppheticō, Cōuerti **Ezech. 18**

B ij

Dubium. mini & agite penitentiā ab oībus iniquitatib⁹ vestris & nō
Dilutio. erit vobis in ruinā iniquitas, ¶ Quo pacto cognoscit qñ
cōfessio sit verū signū penitentie vere? Amota omni am-
biguitate, Ex fructibus dignis penitentiæ cognoscitur si
confessio sit vera, Ait eñm Ioannes Baptista, facite fruct⁹
dignes penitentie, Vbi secutus docet qui sīnt fructus isti,
scilicet opa misericordie & iusticia. & iudiciū, Expēdit id
Ezech. 18 clari⁹ ppheta, Si inquit impius egerit penitentiā ab omib⁹
peccatis suis q̄ opatus est & custodierit oia p̄cepta mea &
fecerit iudiciū & iusticiā vita viuet & non moriet, Ecce is
facit dignos penitentiæ fructus qui obseruat decem p̄cep-
ta diuina & ob id redditur vita eterna dignus, teste ch̄o,
Math. 19 Si vis ad vitam ingredi serua manda dei,

SVRGIT NVNC QVESTIO

licet perplexa tamē fructuosa,

Qvestio. Cui nam illud penitentiæ signū, quod est confessio, debet fi-
eri? Apertius sic dico, Confessio cordis cum certū sit quia
soli deo fit, Confessio oris (que etiam signū est tam peni-
tentie quam confessionis cordis) coram quo fieri debet?

**Hereticorum
opinata re-
sponsio.** ¶ Hic errabundi & proterui hæretici dixerunt & dicunt
soli deo sit confitendū tam corde qñm ore, Hauriunt letale
illud venenū e fontibus duobus, Ex capitis perturbato ce-
rebro scilicet, quia diaboli imitatores vt supbi subesse no-
lūt, singularitatē pestiferum amāt, licēter agere queque li-
bent absq̄ timore, concupiscunt, Etiamnū quibusdam
ex iurisperitis & theologistis quibus sensus, & cogitatio
feruētissime in auariciā estuāt & venalis iusticia & miseri-
cordia nulla est, ob id iudicāt cōfessionē esse iure positio-
nū hūano, altero tāquā ex fonte venenū hoc prodijt, H̄j
nāq̄ legisperiti & theologistæ frigidissimis suis (vtita dī
cā) allegatiōibus, quas ip̄i vocāt cōcordātias, veri⁹, dis-
cordantie appellandę, non verent euangeli totiusq̄ sacre
scripture genuinā fucare, non dico subuertere veritatem,
Putāt eñm isti adeo facile sacro bibliorum canone veritatē

extractū iri, quēadmodū suis allegatiōib⁹ mortaliū mar-
subia non tam subtiliter quā damnabiliter in iudicio euas-
cuantur, Vox pphētica hos ferit, Omnes inquit diligunt **Esaie 5.**
munera sequunt retributiōes, Pupillo nō iudicāt & causa
vidue nō ingredit ad illos, Sola que carnis sunt sapiunt &
de sacramentali confessione differere volunt acute, Et dis-
uītis & honoribus & dulcibus mortaliū fauorib⁹ herēt,
confessio ob id eis exosa, eā tollere nitentes, ac si iure hu-
mano sit fingūt, Cunq⁹ scripturā sacram Aut nō legerint
vt incultam, Aut intelligere legētes noluerint vt obtene-
brati pfidia, si inquiūt cōfessio fideles stringit ex capitulo
Omnis vtriusq⁹ sexus, de peni. & remis. id venit, quia con-
fessio in aliquo generali consilio cepit, Cernis quam hi a
cutissime de confessionis veritate disputāt, nō magis quā
de iaspide gallus, H̄i sunt proch pudor viri e quorū opī-
tionibus multa mala, friuola, presumptuosa, erronea &
falsa in simplicē orthodoxē fidei veritatē irruerūt, ex qui-
bus hoīes vesanorum capitum ausū temerario vt lucifus-
gæ in sata Christi plusq⁹ optima, Seminauere hæresum,
zizania, nec hodie errorūlolium infelix facere desinūt ve **Math. 13**
rificatur haud incōgrue in illis euāgelica pabola, Homo
quidā, nil dubij quin christ⁹, bonū sēmē in aḡe iecit, dor-
miētibus aut̄ hominib⁹, inimic⁹ veniēs, heretic⁹ quippe,
sup seminauit zizania in medio tritici & abiit, Cum autē
creuisset herba & fructum fecisset, pullularunt & zizania,
At serui patrifamilias dixerūt, Domine nōne bonū sēmē
in agro tuo seuisti? Vnde igit̄ infelix loliū? Ait illis domi-
nus, Inimic⁹ homo id fecit, Hisce friuolis, disciplina abs-
q⁹, finē dantes opinionibus in rem catholicā pergam⁹,
CHRITVS IHSVH Verus Deus, vt homo ex inta- **Catholi-**
cta virgine conceptus & natus, Iudex constitutus est vi- **corum ino-**
uorum & mortuorū, quia om̄e iudicium dedit filio pater, **pinata et**
post recessum suū e mundo sensilē voluit atq⁹ & debuit apo- **vera respō**
stolis eorūq⁹ successorib⁹ (qui in hac re soli sunt sacerdo- **sio.**
Johan. 5.

tes) subicere in causa reconciliatiois peccatorē mortalem ,
1 Alioqui legē nō impleisset, verū, soluisset, Sacra scriptura
2 veteris testamēti frustra etiā vocalē exhortaret ad cōfessi-
3 onē, ecclesiā itē suā pro qua nasci dignatus est & mori, in-
4 effabili eam amore cōplexus nō tātū sine pulchritudinis
5 ordine, sed in horore detestabili dereliquisset, Precursor
in sup dñi Ioannesbaptista sine causa cōfessionis penitētiā
in remissionē peccaminū predicasset tāquā preparator nō
